

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ  
Theologiæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Qvaestio CV. De præceptis iudicialibus quantum ad ipsorum rationem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](#)

## QVAEST. CIII.

## ARTIC. III.

cepta non ordinantur ad figurandū, sed ad aliquid fiendū, ipsā eorum obseruatio abolute nō praeiudicat fiduci ueritati, sed intentio obseruandi tanquā ex obligatione legis praeiudicat ueritati fidei: quia p̄ hoc haberetur, quod status prioris populi adhuc dūraret, & quod Christus nondum uenisset.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ iustitia quidem perpetuo est obseruāda, sed determinatio eorum q̄ sunt iusta scđm institutionē humāna, uel diuinam, oportet q̄ uarietur secundū diuersū hominū statū.

AD SECUNDVM dicendum, quod præcepta iudicialia ab hominibus instituta, habet perpetuam obligationem manēre illo statu regimini, sed si ciuitas, uel gens ad aliud regimen deueniat, oportet leges mutari. Non n.eadem leges contineunt in democratia, quæ est potestas populi, & in oligarchia, quæ est potestas diuītum, ut patet per \*Philo. in sua Politica: & ideo etiam mutato statu illius populi, oportuit præcepta iudicialia mutari.

AD TERTIUM dicendum, quod illa præcepta iudicialia diponebant populum ad iustitiam & aequalitatem secundum quod conueniebat illi statui, sed post Christum, statum illius populi oportuit mutari, ut iam in Christo non esset discrecio Gentilis & Iudei, sicut antea erat: & propter hoc oportuit etiam præcepta iudicialia mutari.

## ARTICVLVS III.

Vtrum præcepta iudicialia possint habere aliquam certam diuisionem.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, q̄ præcepta iudicialia non possint habere aliquam certam diuisionem. Præcepta n. iudicia ordinant homines adiunici: sed ea quæ inter homines ordinari oportet in usum eorum uenientia, nō cadunt sub certa distinctione, cum sint infinita. ergo præcepta iudicialia non possunt habere certam distinctionem.

¶ 2 Præcepta iudicialia sūt determinatiōes moralium: sed moralia præcepta nō uidēt habere aliquam distinctionem, nisi secundum quod reducuntur ad præcepta decalogi. ergo præcepta iudicialia non habent aliquam certam distinctionem.

¶ 3 Præcepta cérémonialia, quia certam distinctionē habet, corū distinctionē in lege innuitur, dum quædā uocatur sacrificiū, quædā obseruatiæ, sed nulla distinctionē innuit in lege præceptorū iudicialiū. ergo uidetur q̄ non habeant certam distinctionem.

SED CONTRA. Vbi est ordo, oportet, quod sit distinctionē, sed ratio ordinis maxime pertinet ad præcepta iudicialia, per q̄ populus ille ordinabatur. ergo maxime debent habere distinctionē certam.

RESPON. Dicendum, q̄ cum lex sit quasi quædā ars humanae uitæ instituenda, uel ordinanda, sicut in uaquaq; arte est certa distinctionē regulari artis: ita oportet in qualibet lege eē certa distinctionē p̄ceptorū, aliter n. ipsā confusio utilitatem legis auferret. & iō dicendum est q̄ præcepta iudicialia ueteris legis, per quæ hōies adiunici ordinabantur, distinctionēi habent secundum distinctionēm ordinacionis humāne. Quadruplex autē ordo in aliquo populo inueniri pōt. Vnus quidē principiū populi ad subditos; aliis aut̄ subditorū adiuniciē: tertius aut̄ eorum qui sunt de populo ad extraneos: quartus aut̄ ad domesticos, sicut patris ad filium, uxoris ad uirū, & dñi ad seruum. & scđm istos quatuor ordines distinguunt p̄cepta iudicialia ueteris legis. Dantur aut̄ quædam præcepta de institutiōe principum, &

officio eorum, & de reuecētia eis exhibenda, est una pars iudicialium præceptorū. Denique quædam præcepta pertinentia ad conciles, & p̄ta, circa emptiones & uenditiones, & multas penas: & hæc est secunda pars iudicialium præceptorū. Dantur etiam quædam præcepta pertinentia ad extraneos, puta, de bellis contra hostes, & descriptione peregrinorum & aduenarum: & hec tertia pars iudicialium præceptorū. Dantur tertiæ lege quædam præcepta pertinentia ad domus, conuersationem, sicut de seruis, & uxoriis, & hæc est quarta pars iudicialium præceptorū.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ ca quæpert ad ordinationem hominum adiuniciem, numerum infinitam, sed tamen reduci possunt aliqua certa secundum differentiam ordinacionis humanæ, ut̄ dictum est.

AD SECUNDVM dicendum, quod præcepta logi sunt prima in genere moralium, ut̄ super dictum est: & ideo conuenienter alia præcepta iudicialia secundum ea distinguntur. Sed præcepta iudicialia & cérémonialia habent aliam rationem distinctionis, non quidem ex ratione naturali, in sola institutione: & ideo distinctionis eorum est ratio.

AD TERTIUM dicendum, quod ex his rationibus per præcepta iudicialia ordinantur in legi, in lex distinctionem iudicialium præceptorū.

H

## QVAESTIO CV.

De ratione iudicialium præceptorum in quatuor articulos divisa,

D E INDE considerandū est de ratione iudicialiū præceptorum.

Et CIRCA hoc que-

runtur quatuor.

¶ Primò, De ratione præceptorū iudicialium, quæ pertinent ad principes.

¶ Secundò, De his quæ pertinent ad coniunctum hominum adiuniciem.

¶ Tertiò, De his quæ pertinent ad extraneos.

¶ Quartò, De his quæ pertinent ad domesticam conuersationem.

## ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum conuenienter lex uetus de principiis ordinacionis

AD PRIMVM sic proceditur. Videtur quod uenienter lex uetus de principiis ordinacionis. Quia, ut̄ Philosophus dicit in 3. Politice, ordinacionis populi præcipiū dependet ex maximo principe, sed in lege non inuenitur qualiter debeat infirmari premus princeps, inuenitur autem de inferiori principiis, primo quidem Exod. 18. Propterea omni plebe uiros sapientes &c. & Nutriti a gregi mihi 70. uiros de senioribus Israel, & Doro. primo. Date ex uobis uiros sapientes, & genitores, ergo insufficienter lex uetus principes præcepit.

¶ 2 Preter. Optimi est optima adducere, ut̄ fit, sed optima ordinatio ciuitatis, uel populi, cuncte est, ut̄ gubernetur per regem, quia huic

di regnum maximè repræsentat diuinum regimen, quo unus Deus mundum gubernat a principio. igit̄ lex debuit regem populo instituere, & non permittere hoc eorum arbitrio, sicut permittitur Deut. 17. Cum dixeris, constituam super me regem, cum constitues &c.

**T**3 Præt. Sicut dicitur Matth. 12. Omne regnū in seipsum diuinū desolabitur, quod etiam experimēto patuit in populo Iudeorū, in quo fuit diuīsio regni destructionis causa: sed lex præcipue dēt intendere ea, quā pertinent ad communem salutem populi. ergo debuit in lege prohiberi diuīsio regni in duos reges necesse debuit hoc auctoritate diuina introduci, sicut legitur introductum auctoritate Domini p Ahiam Silonitem Prophetam 3. Reg. 11.

**T**4 Præt. Sicut sacerdotes instituuntur ad utilitatem populi in his quæ ad Dū p̄tinēt, ut patet Hebr. 5. ita principes etiam instituuntur ad utilitatem populi in rebus humanis, sed sacerdotibus & leuitis, qui sunt in lego, deputantur aliqua ex quibus tuuerē debēt, sicut decimæ & primitiæ, & multa alia huiusmodi. ergo similiter principib⁹ populi debuerunt aliqua ordinari unde sustentarentur, & præcipue cum inhibita sit eius munera acceptio, ut patet Exo. 23. Non accipiens munera, que exceccant etiam prudentes, & subvertunt uerba iustorum.

**T**5 Præt. Sicut regnum est optimum regimen, ita tyrannus est pessima corruptio regiminis, sed Domin⁹ regem instituendo, instituit ius tyrannicum. Dicunt enim. Regum 8. Hoc erit ius regis, qui imperatur eti⁹ uobis, filios uestris toller &c. ergo inconveniens fuit prouisum per legem circa principum ordinationem.

**S**ED CONTRA est, quod populus Israel de plenitate ordinationis commendatur. Num. 24. Quā pulchra sunt tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Israhel sed pulchritudo ordinationis populi depēdet ex principib⁹ bene institutis ergo per legem populus fuit circa principes bene institutus.

**R**espon. Dicendum, q̄ circa bonam ordinationē principum in aliqua ciuitate, uel gente duo sunt attendenda, quorū unum est, ut oēs aliquam partē habeant in principatu; per hnc n. cōseruatur pax populi, & oēs talē ordinationem amāt & custodiunt, ut dī in 2. Polit. Aliud est quod attenditū līm spēm regiminis, uel ordinationis principatum, cuius cū sint diuersæ species, ut Philo tradit in 3. Polit. pr̄cipue tamen est unum regimen, in quo unus principatur in uirtutem: & aristocratis, id est potestas optimorum, in qua aliqui pauci principiūt secundū uirtutem. Vñ optima ordinatione principum ē in aliqua ciuitate, uel regno, in qua unus p̄ficit scđm uirtutē, q̄ oībus p̄st, & sub ipso sunt aliqui principantes scđm uirtutē: & tñ talis principatus ad oēs pertinet, tum quia ex oībus eligi possunt: tum quia ēt ab omnibus eliguntur. Talis n. est optima politia bene commista ex regno, in quantum unus p̄ficit: & aristocratis, in quantum multi principiantur secundum uirtutem: & ex democratis, i. potestate populi, in quantum ex popularibus possunt eligi principes, & ad populu pertinet electio principum: & hoc fuit in institutum secundū legē diuinā. Nā Moyses, & eius successores gubernabāt populum quasi singulariter oībus principantes, quod est quādam species regni. Eligebātur autem leptuaginta duo Seniores secundum uirtutē. Dī. n. Deut. 1. Tuli de uestris tribibus uiros sapientes & nobiles, & constitui eos principes. & hoc erat aristocraticum: fed democraticū erat, quod isti de omnī populo eligebātur. Dicitur enim Exod. 18. Proui-

A de de omni plebe uiros sapientes &c. & etiam quād populus eos eligebat: unde dicitur Deut. 1. Date uobis uiros sapientes &c. unde patet, quād optima fuit ordinatio principum, quam lex instituit.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, q̄ populus ille sub speciali cura Dei regebatur: unde dicitur Deut. 7. Te elegit dominus Deus tuus, ut sis ei populus pecularis: & ideo institutionem summi principis Dñs sibi reseruavit. & hoc est quod Moyses petivit Num. 27. Prouideat dominus Deus spirituum omnis carnis hominum, qui sit super multitudinem hāc: & sic ex Dei ordinatione institutus est Ioseph in principatu post Moysem. & de singulis iudicibus qui post Ioseph fuerunt, legitur, quād Deus suscitauit populo salvatorem, & quād spiritus Domini fuit in eis, ut patet Iudicium 2. Et ideo ē electionem Regis non commisit Dominus populo, sed sibi reseruavit, ut patet Deuter. 17. Eum constitutes regem, quem dominus Deus tuus elegerit.

**A**D SECUNDVM dicendum, q̄ regnum est optimū regimē populi, si non corrumpatur, sed propter magnam potestatē quā regi conceditur, de facili regimen degenerat in tyrannidem, nisi sit perfecta uirtus eius, cui talis potestas conceditur: quia non est nisi uirtuosī bene ferre bonas fortunas, ut Philo dicit in 10. Ethic. Perfecta autem uirtus in paucis inuenitur, & præcipue iudei crudelēs erant, & ad auaritiam pronī, per quae uita maxime homines in tyrannidē decidunt. Et ideo Dominus a principio eis regē non instituit cum plena potestatē, sed iudicem & gubernatorem in eorum custodiam: sed postea regem ad petitionem populi quasi indignatus concepit, ut patet per hoc quod dixit ad Samuelem 1. Regum 8. Nō te abiecerunt, sed me, ne regem super eos. Instituit tamen a principio circa regem instituendum, primo quidem modum eligeudi, in quo duo determinauit, ut s. in eius electione expectaret iudicium Domini, & ut nō facerent regem alterius gentis, quia tales reges solent parum affici ad gentem, cui præcificiuntur, & per consequens non curare de eis. Secundū ordinavit circa reges institutos qualiter deberent se habere quātum ad seipso, ut si non multiplicarent curru & equos, neque uxores, neque ēt immenas diuitias, qui i. ex cupiditate horum principes ad tyrannidē declināt, & iustitiae derelinquent. Instituit ēt qualiter se deberent habere ad Deum, ut s. ip̄ legerint, & cogitarent de lege Dei, & semper essent in Dei timore, & obedientia. Instituit ēt qualiter se haberent ad subditos suos, ut s. non superbe eos contemnerent, aut opprimerent, neque etiam a iustitia declinarent.

**A**D TERTIUM dicendum, quād diuīsio regni & multitudine regum magis est populo illi data in poenam pro multis dissensionibus eorum, quas maxime contra regem David iustum mōuerant, quā ad eorum profectum, unde dicitur Osee 13. Dabo tibi regem in furore meo. & Osee 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me: principes exiterunt, & non cognoui.

**A**D QUARTVM dicendum, quād sacerdotes per successionem originis sacris deputabantur, & hoc ideo ut in maiori reverentia haberentur, si non quilibet ex populo posset sacerdos fieri, quorum honor cedebat in reverentiam diuinī cultus: & ideo opertuit ut eis specialia quādam deputarentur tam in deūcimis, quām in primitiis, quām etiam in oblationibus & sacrificiis, ex quibus uiuerent. Sed principes sicut diūctum est, assumebantur ex toto populo: & ideo habebant certas possessiones proprias, ex quibus uiuere poterant, & præcipue cum Dominus prohiberet etiam in lege ne superabundarent diuitiis, aut

In corp. art.

Prima Secunda S. Thomæ. GG 4 ma-

magnifico apparatu, tum quia non erat facile quin ex his in superbiam, & tyrannidem erigerentur; tamen etiam quia si principes non erant multum diuites, & erat laboriosus principatus, & solicitudine plenus, non multum affectabatur a popularibus, & sic tolleretur seditionis materia.

**A**D QUINTVM Dicendum, quod illud ius non debebatur regi ex institutione diuina, sed magis pronunciabatur usurpatio regum, qui sibi ius iniquum constituant in tyrannidem degenerantes, & subditos depravantes. & hoc patet per hoc quod in fine subdit. Vnde quae eritis ei serui: quod propriè pertinet ad tyrannidem, quia tyrranni ius subditis principiantur ut seruis. unde hoc dicebat Samuel ad terrendum eos ne regem pererent, sequitur enim. Nolite autem audire populus uocem Samuels.

**P**otest tamen contingere, quod bonus rex absque tyrannide filios tollat, & constituat tribunos, & centuriones, & multa accipiat a subditis suis propter commune bonum procurandum.

## ARTIC. V. S. ILL.

Vtrum conuenienter fuerint tradita precepta iudicialea quantum ad popularium coniunctum.

**A**D SECUNDVM sic proceditur. Videtur, quod inconvenienter fuerint tradita precepta iudicia, quantum ad popularium coniunctum. Non enim possunt homines pacifice uiuere adiuicem, si unus acipiat ea quae sunt alterius, sed hoc uidetur esse inductum in lege. dicitur enim Deut. 23. Ingressus uineam proximi tui comedere uias quantum tibi placuerit. ergo lex uetus non conuenienter prouidebat hominum paci.

**P**rat. Ex hoc maxime multæ ciuitates, & regna destruuntur, quod possessiones ad mulieres pueniunt ut \* Philosophus dicit in 2. Polit. sed hoc fuit introductum in veteri lege. dñ. n. Num. 27. Homo cui mortuus fuerit absque filio, ad filiam eius transibit haereditas. ergo non conuenienter puidit lex saluti populi.

**P**rat. Societas hominum maxime conservatur per hoc, quod homines emendo & uendendo, sibi inuicem res suas commutant, quibus indigent, ut dicuntur in 1.\* Pol. sed lex uetus abstulit uirtutem ueditiois. mandauit. n. q. possesso uendita reuertetur ad uenitorem in quinquagesimo anno lubilai, ut patet Leuit. 25. inconvenienter igitur lex populum illum circa hoc instituit.

**P**rat. Necessitatibus hominum maxime expedit, ut homines sint prompti ad mutuum cōcedēdūt, quod quidem promptitudo tollitur per hoc, quod creditores accepta non reddunt. unde dicitur Ecl. 29. Multi non cā nequitā non generati sunt, sed fraudati gratia timuerunt. hoc autem induxit lex, primo quidē, quia mandauit Deut. 15. Cui dētūr aliquid ab amico, uel proximo, ac fratre suo, repeteret non poterit, quia annus remissionis est Domini. & Exod. 22. dñ. q. si pīte domino animal mutuatū mortuū fuerit, reddere non tenetur. Secundū, quia auferunt ei securitas, quae hī per pignus: dicitur. n. Deut. 24. Cūm repeates a proximo tuo rem aliquam quam dētibi, non ingredieris domum eius ut pignus auferas. & iterū: Non pernoctabit apud te pignus, sed statim redde ei: ergo insufficiēter fuit ordinatū ī lege de mutuis.

**P**rat. Ex defraudatione depositi maximum periculum imminet. & ideo est maxima cautela adhibēda. unde etiam dñ. 2. Mach. 3. q. sacerdotes inuocabat cum de celo, q. de depositis legem posuit, ut his qui

F deposuerant ea salta custodiret, sed in processu legis parua cautela circa deposita addidit enim Exod. 22. quod in amissione depositi sacramento cuius apud quem fuit depositum, erexit circa hoc legis ordinatio conueniens.

**P**rat. Sicut aliquis mercennarii locat opera etiam aliqui locat domum, uel quacunq; iusmodi, sed non est necessarium, ut statim per locatae domus conductor exhibeat. ergo etiam mis durum fuit quod precipit Leuit. 19. Ne rabitur opus mercennarii, qui apud te usque manet.

**P**rat. Cum frequenter immixtis iudicis necessitatibus, facilius debet esse accessus ad inconvenienter igitur statuit lex Deut. 17. ut iacent ad hoc lōcum expetiri uicium de suis dubiis.

**G** **P**rat. Possibile est non solum duo sed uel plures concordare ad mentiendum. inconvenienter igitur dicitur Deute. 19. In ore duorum trium testium stabit omne verbum.

**P**rat. Pena debet taxari secundum quantum culpę unde dicitur etiam Deut. 25. Promulgata, erit it & plagarum modus: sed quibusdam libis culpis lex statuit inæquales penas. Dicitur Exo. 22. quod restituitur tur quinque boves pro boue, & quatuor oves pro una. quia non multum grauia peccata graui pena puniuntur sicut Nu. 15. lapidatus est, qui collegerat ligna batho. Filius etiam proterius propter parvus quia scilicet comeclarioribus uacabat & comemandatur lapidari, Deut. 21. igitur inconvenienter in lege sunt instituta penae.

**P**rat. Sicut Aug. dicit 21. de ciuitate Dei. genera penarum in legibus esse scribit Tullius. tunica, uerbera, talionem, ignominiam, mortem, seruitutem: ex quibus aliqua sunt in tutia. Damnum quidem, sicut cum fur conditur ad quintuplum, uel quadruplum. Vinculum sicut Num. 15. mandatur de quodā, quod includatur. Verbera uero, sicut Deut. 25. Si peccauit, dignum uiderint plagis, profundram se facient uerberari. Ignominiam etiam in illi, qui nolebat accipere uxore fratris sui de qua tollebat calciamētū illius, & spuebat in illius. Mortem etiā inferebat, ut patet ēt Leuit. 20. maledixerit patri suo, aut matre, morte mortuam etiam talionis lex induxit, dicens Exod. 21. lumen pro oculo, dentem pro dente. Inconvenienter uidetur, quod alias duas penas, scilicet uitatem lex uetus non inflixit.

**P**rat. Pena non debetur nisi culpa, sed animalia non possunt habere culpam. ergo inconvenienter eis infligitur pena, Exod. 21. Bos lapidatur qui occiderit uirum, aut mulierem.

**D**icitur: Mulier quae succubuerit cuiuslibet amato, simul interficiatur cum eo. sic igitur inconvenienter uidetur ea quae pertinent ad coniunctionem adiuicem, fuerint in lege teti ordinata.

**P**rat. Dominus mandauit Ezo. 21. quod in ciuidum morte hominis puniretur, sed mortis animalis multo minus reputatur, quam occidens. ergo non potest sufficienter recompensari homicidii per occisionem bruti animalis, inconvenienter igitur mandatur Deute. 21. quod qui inuenientur in ueritate occisi hominis, & occidetur cedis reus, seniores propinquioris ciuitatis ueritatem de armento, que non traxit in terram scidit uomere, & ducent eam ad nullam atque saxofam, quae nunquam arata et inuenta recepti, & cedent in ea cerasices uiriles.

**SED CONTRA** cō, quod pro speciali beneficio cō memoratur in psalm. 147. Non fecit taliter omni na-

A de dicitur Deut. 14. Anno tertio separabis aliam decimam, uenientq. leuites & peregrinus, & pupillus & uidea, & comedent & saturabuntur. Aliam uero cū recompensatione utilitatis, sicut per uenditionem & emptionem, & locationem & conditionem, & p. mutuum, & iterum per depositum, de quibus omnibus inuenientur ordinationes certae in lege. unde patet quod lex uetus sufficenter ordinavit coniunctum illius populi.

**AD PRIMUM** ergo dicendum, q. sicut Apos. dicit Ro. 13. Qui diligit proximum, legem implevit, quia omnia præcepta legis, præcipue ordinata ad proximum, ad hunc finem ordinari uidentur, ut homines seiuicem diligent: ex dilectione autem procedit, q. homines sibi uicem bona sua communicent: quia ut dicitur 1. Io. 3. Qui uiderit fratrem suum necessitatem patientem, & clauerit uiscera sua ab eo, quomodo charitas Dei maneat in illo: & ideo intendebat lex homines assuefacere, ut facile sibi uicem sua cōmunicarent, sicut & Apost. 1. ad Tim. 6. diuitibus mādat facile tribuere, & communicare. Non autem facile communicatiuus est, qui non sustinet q. proximus aliquid modicum de suo accipiat absque magno sui detrimento: & ideo lex ordinavit, ut licet intrantem in uineam proximi, racemos ibi comedere, nō aut extra deferre, ne ex hoc darecē occasio grauius dāmī inferendi, ex quo pax perturbaretur, quæ interdisciplinatos non perturbabat ex modicorum acceptio ne, sed magis amicitia confirmatur, & assuefacti homines ad aliquid facile communicandum.

**AD SECUNDUM** dicendum, q. lex nō statuit, quod mulieres succederent in bonis paternis, nisi ex defēctu filiorum masculorum. Tunc autē necessarium erat, ut successio mulieribus concederetur in consolationem patris, cui graue fuisset si eius hereditas omnino ad extraneos transiret. Adhibuit tamen circa hoc lex cautelam debitam, præcipiens ut mulieres succedentes in hereditate paterent, nuberent suæ tribus hominibus, ad hoc quod fortes tribū non confunderentur, ut haberent Num. ult.

De alienatione domorum & possessionum, c. 5. ante med. tom. 5.

**AD TERTIUM** dicendum, quod sicut \* Philos. dicit in 2. Polit. Regulatio possessionum multum confortat conseruationem ciuitatis, uel gentis: unde fit ut ipse dicit, apud quasdam Gentilium ciuitates statutum fuit, ut nullus possessionem uendere posset, nisi pro manifesto detrimēto. Si n. passim possessiones uendantur, potest contingere, quod omnes possessiones ad paucos deueniant, & ita necesse erit ciuitatem, uel religionē habitatoribus euacuari: & ideo lex uetus ad huiusmodi periculum remouendum sic ordinavit, quod & necessitatibus hominum subueniretur, concedens possessionum uēditionē uīq; ad certum ipsi: & tñ periculum removit, præcipiens ut certo tempore possessio uendita ad uendentē rediret. Et hoc instituit, ut fortes non confunderentur, sed semper remanerent eadē distinctio determinata in tribubus. Quia uero domus urbanæ nō erāt sorte distincta, iō concessit quod in perpetuum uendi possent, sicut & mobilia bona. Nō n. erat statutus numerus domorum ciuitatis, sicut erat certa mensura possessionis, ad quam non addebatur. Poterat autem ali quid addi ad numerum domorū ciuitatis. Domus uero quæ non erant in urbe, sed in uilla muros non habentes, in perpetuum uendi non poterant: quia hīmōi domus non constituantur nisi ad cultum, & ad custodiā possessionum: & ideo lex congrue statuit ius circa utrumque.

**AD IV.** dicendum, q. sicut dictū est, intentio legis erat assuefacere homines suis præceptis ad hoc, q. fibi un-

In foliis. ad  
largum.

sibi in uicem de facili in necessitatibus subuenient: F  
quia hoc maxime est amicitia solum. Et hanc  
quidem facilitatem subueniendi non solum statuit  
in his quae gratis & absolute donantur, sed etiam in  
his quae mutuo conceduntur: quia huiusmodi sub-  
uentio frequentior est, & pluribus necessaria. Hmoi  
autem subuenientis facilitatem multipliciter insi-  
tituit. Primo quidem, ut faciles se praebent ad mutuum  
exhibendum, nec ab hoc retrahentur anno remis-  
sionis appropinquante, ut haberur Deut. 15. Secundo,  
ne eum, cui mutuum concedenter grauarent, uel  
furis, uel etiam aliqua pignora omnino uita ne-  
cessaria accipiendo, & si accepta fuerint, statim re-  
stituerentur. Dicitur n. Deut. 23. Non sanaberis fra-  
tri tuo ad usuram. & 24. Non accipies loco pignorum  
inferiorem, & superiore molam, quia anima sua  
apposuit tibi. & Exo. 21. dicitur: Si pignus a proximo tuo  
accepis uestimentum, ante solis occasum reddes  
ei. Tertio, ut non importune exigerent, unde dicitur  
Exo. 23. Si pecuniam mutuam dederis populo meo  
pauperi, qui habitat tecum, non urgebis eum quasi  
exactor, & propter hoc etiam mandatur Deu. 24. Cu-  
repetes a proximo tuo rem aliquam, quam det tibi,  
non ingredieris in domum eius, ut pignus auferas,  
sed stabis foris, & ille tibi proferet quod habuerit;  
tum quia domus est tutissimum uniuscuiusque re-  
ceptaculum, unde molestum homini est, ut in do-  
mo sua inuadatur: tum etiam quia non coedit cre-  
dirori, ut accipiat pignus quod uoluerit, sed magis  
debitori, ut det quo minus indiguerit. Quartò, insi-  
tituit ut in septimo anno debita penitus remitteretur.  
Probabile n. erat, ut illi qui es mode reddere posset,  
ante septimum annum redderent, & gratis mutuan-  
tem non defraudarent. Si autem omnino impoten-  
tes essent, eadem ratione eis erat debitum remitten-  
dum ea dilectione, qua etiam erat eis de nouo dādū  
propter indigentiam. Circa animalia uero mutuata  
haec lex statuit, ut propter negligētiā eius, cui mu-  
tuata sunt, si in ipsius absentia moriantur, vel debili-  
tentur, reddere ea compellatur. Si uero eo praeiente,  
& diligenter custodiente, mortua fuerint, uel debilita-  
ta, non cogebatur restituere, & maximè si erant  
mercede conducta, quia ita etiam potuisse mori-  
& debilitari apud mutuantem, & ita si conseruatio-  
nem animalis consequeretur, iam aliquod lucrum  
reportaret ex mutuo, & non esset gratuitum mutuum.  
Et maximè hoc obseruandum erat, quando anima-  
lia erant mercede conducta, quia tunc habebat cer-  
tum pretium pro usu animalium: unde nihil accre-  
scere debebat per restitucionem animalium, nisi  
propter negligentiam custodiens. Si autem non es-  
sent mercede conducta, potuisse habere aliquam  
aequitatem, ut faltem tantum restitueret, quantum  
usu animalis mortui, uel debilitati conduci  
potuisset.

De depositis  
tisferuandis  
& reddendis.

In ista fol.

A QVINTVM dicendum, quod haec differentia  
est inter mutuum & depositum, quia mutuum tradi-  
tur in utilitatem eius, cui traditur, sed depositum tra-  
ditur in utilitatem deponentis. & ideo magis arcta-  
batur aliquis in aliquibus casibus ad restituendum  
mutuum, quam ad restituendum depositum. Depo-  
situm enim perdi poterat duplicitate. Vno modo, ex  
causa ineuitabili, vel naturali, puta si esset mortuum  
uel debilitati animal depositum, uel extrinseca, puta  
si esset captum ab hostibus, uel si esset comedum a  
bestia, in quo tamen casu tenebatur deferre ad domi-  
num animalis id quod de animali occiso supererat;  
in aliis autem supradictis casibus nihil reddere te-  
nabantur, sed solum ad expurgandam suspicionem

fraudis tenebatur iuramentum præstare. Alio  
poterat perdi ex causa uitabilis, puta per furtum  
tunc propter negligentiam custodis reddetur.  
Sed, sicut\* dictum est, ille qui multo ac  
animal, tenebatur reddere, etiam si debilitate  
mortuum fuisset in eius absencia: de minore  
negligentia tenebatur, quam depositarius, qui  
tenebatur nisi de furto.

A SEXTVM dicendum, quod mercenarii  
cant operas suas, pauperes sunt, de laboribus  
etiam querentes quotidianum, & ideo lex pro-  
ordinauit, ut statim eis merces solueretur, ne  
eis deficeret. Sed illi qui locant alias res, diu-  
consecuerint: nec ita indigent locationis pre-  
sum viatum quotidianum. & ideo non est  
ratio in utroque.

A SEPTIMVM dicendum, quod iudices ad hoc  
homines constituantur, quod determinaret  
ambiguum inter homines circa iustitiam: etiam  
Dupliciter autem aliquid potest esse ambiguum  
modo, apud simplices, & ad hoc dubium in  
dum, mandatur Deut. 16. ut iudices & magis  
stituerentur per singulas tribus, ut iudicarent  
lum iusto iudicio. Alio modo contingit alio  
se dubium etiam apud peritos, ideo ad hoc  
tollendum constituit lex, ut omnes recurrent  
locum principalem a Deo electum, in quo &  
I misericordia eius manifestabitur, qui determinaret dubium  
remonias diuini cultus: & summus iudex pos-  
qui determinaret quae pertinent ad iudicium  
num, sicut etiam nunc per appellationem, &  
consultationem causas ab inferioribus iudicis  
superiores deferuntur. Vnde dicitur Deuteronomio  
cile & ambiguum apud te iudicium prospexit  
dicum intra portas tuas uideris uerba variata  
de ad locum, quem elegerit Dominus, uenient  
sacerdotes Letitici generis, & ad iudicemque  
in illo tempore. Huiusmodi autem ambiguum  
non frequenter emergebant, unde ex hoc p  
non grauabantur.

A OCTAVVM dicendum, quod in negotiis hu-  
manis non potest haberi demonstratio aprobatio  
bilis, sed sufficit aliqua conjecturalis probatio  
cundum quam rhetor persuaderet: & iō licet in  
bile duos, aut tres testes in mercatum come-  
non tamen est facile nec probabile, quod cōtra  
& ideo accepit eorum testimonium tamquam  
rum, & pricipue si in suo testimonio non solum  
vel alias suspecti non fuerint. Et ad hoc etiam  
de faciliter ueritate testes declinarent, infirmo-  
testes diligenter examinarent, & gra-  
nitentur qui inuenientur mēdaciēs, ut hebreo  
te. 19. Fuit tamen aliqua ratio huiusmodi in  
terminandi ad significandam infallibilem  
personarum diuinarum, quae quandoque nunc  
tūr due, quia spiritus sanctus est nexus duorum  
doque exprimitur tres, ut Aug. dicit super  
Io. 8. In lege uox scriptum est, quia duorum  
num testimonium uerum est.

A NONVM dicendum, quod non solum  
gratitatem culpe, sed et pp alias casis gravis per-  
gitur. Primo quidem, pp quantitatem peccati  
maiori peccato ceteris paribus pena gravior  
Secundo, propter peccati confusitudine, quae  
catis consuetis non faciliter homines abstinent,  
nisi per graues penas. Tertio, propter naturam  
cupientiam uel delectationem in peccato, ab his  
de facili hoīes abstrahunt, nisi propter graues  
Quartò, propter facilitatem committendi.

& iacendi in ipso: huiusmodi n. peccata quando ma-  
nifestantur, sunt magis punienda ad aliorum terro-  
rem. Circa ipsam etiam quantitatem peccati quadru-  
plex gradus est attendendus etiam circa unum & i-  
dem factum. Quorum primus est, quando inuolu-  
tariorum peccarum committit, tunc enim si omnia  
est in uoluntariis, totaliter excusat a pena. Dicitur  
enim Deut. 12. quod puella quæ opprimitur in agro,  
non est re mortis, quia clamauit, & nullus affuit qui  
liberaret eam. Si uero aliquo modo fuerit uolunta-  
rius, ed tamen ex infinitate peccat, puta, cum quis  
peccat ex passione, minuitur peccatum: & pena fe-  
cundum ueritatem iudicij diminui debet, nisi forte  
propter communem utilitatem pena aggrauetur  
ad abstrahendum homines ab huiusmodi pecca-  
tis, sicut \* dictum est. Secundus gradus est,  
quando quis per ignorantiam peccauit: & tunc ali-  
quo modo reus reputabatur propter negligentiam  
addiscedi, sed tamen non puniebatur per iudices,  
sed expiabat peccatum suum per sacrificia. unde di-  
citur Leviticus quarto. Anima, quæ peccauerit  
per ignorantiam, & cetera: sed hoc intelligent  
erit de ignorantia facti, non aut de ignorantia pœ-  
cti diuini, quod omnes scire tenebantur. Tertius gra-  
dus est, quando aliquis ex superbia peccabat, id est, ex  
certa electione, uel ex certa malitia: & tunc punieba-  
tur secundum quantitatem delicti. Quartus autem  
gradus est, quando peccabat per proteruiam, & per-  
tinaciam, & tunc quasi rebellis, & deltractor ordinatio-  
nis legis omnino occidens erat. Secundum  
hoc dicendum est, quod in pena furti considerab-  
tur secundum legem, id quod frequenter accidere  
poterat: & ideo pro furto aliarum rerum, quæ de fa-  
cili custodi possunt a furibus, non reddebat fur nisi  
duplum. Oues autem non de facilis possunt custodiri  
a furto, quia pascuntur in agris, & ideo frequentius  
contingebat, quod oves furto subtraherentur. unde  
lex maiorem penam apposuit, ut scilicet quatuor oves  
pro vna oue redderentur. Adhuc autem boves  
difficilis custodiuntur, quia habentur in agris, & non  
ita pascuntur gregatim sicut oves, & ideo adhuc hic  
maiorem penam apposuit, urscilex quinque boves  
pro uno bove redderentur. & hoc dico, nisi forte  
animal inuentum fuerit uiuum apud eum, quia  
tunc solum duplum restituebat, sicut & in ceteris  
furtis, poterat enim haberis præsumptio, q; cogitaret  
restituere, ex quo uiuum seruasset. Vel potest dici se-  
cundum\* Glosam, q; bos habet quinque utilitates,  
quia immolatur, arat, pascit carnibus, lac dat, & co-  
rum etiam diversis usibus ministrat, & ideo pro uno  
bove quinque boves reddebantur. Ovis etiam  
habet quatuor utilitates, quia immolatur, pascit, lac  
dat, & lanam ministrat. Filius autem contumax, non  
quia comedebat & bibebat, occidebatur, sed pro-  
pter contumaciam & rebellionem, quæ semper mor-  
te puniebatur, ut dictum est. Ille uero qui colligebat  
ligna in fabbatho, lapidatus fuit tanquam legis ui-  
lator, que sabbathum obseruari præcipiebat in  
commemorationem fidei nouitatis mundi, si-  
cut\* supra dictum est. unde occisus fuit tanquam  
infidelis.

AD DECIMVM dicendum, quod lex uetus pe-  
nati mortis inflixit in gravioribus criminibus, t. in  
his quæ contra Deum peccantur, & in homicidio, &  
in furto hominum, & in irreuerentia ad parentes, &  
in adulterio, & in incestibus. In furto aliarum rerum  
adhibuit penam damni. In percussum autem & muti-  
lationib; induxit penam talionis, & similiter in pecca-  
to falsi testimonii. In aliis autem minoribus culpis in-

A duxit penam flagellationis, uel ignominia. Penam  
autem seruitutis induxit in duobus casibus. In uno  
quidem, quando septimo anno remissionis ille  
qui erat seruus, nolcat beneficio legis ut liber  
